



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1858**

CXXI. Der Rath zu Stendal überläßt den Fleischern die Scharren und ordnet deren Jnnung, etwa am 22. April 1335.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

komen, vnde nemen denſelben Salt-Toll, alſe he vor ghenomen is. Vnde is der Stat to Stendal alſo dane wiſ ghelathen vnd hebben ghehat manch jar in vnſer hebbenden wer, dat wil wi mit vnſeme Rechte behalden, wo wi ſcolen.

Dit is de Scelinge, de wy Ratmanne vnde Borgere to Tangermünde hebben gelaten vp den erbaren Vorſten, vnſern heren Hertoghen Otten von Brunſwik. De Borger von Stendal willen von vſen Borgheren vnrechten Toll hebben, jo von deme Wagen Saltes en Shepel Saltes, des wy to recht nicht gheven ſcolen, noch ny ghegevene hebben bi aller denkeninge, di nu leven, widder her Jane von Buck noch her Nicol. ſineme Sone, noch eymene, die den Tol gehat hebben, bet in deſſene hudeghen daghe, vnde bidden vnſen vorbenomeden edeln heren, dat he vns des enſceyde, vp ſie vp vns vnde vp vnſe Borghere deſſen nyen unrechten Toll ſetten vnde bringhen mogen, oder wi us des hat weren moghen, oder vp ſie negher mit erene Ede vſe vnde vnſer Stat Vriheit to benemende ſin, oder wi die mit vſeme Recht negher to beholdende ſin.

Sint dem male dat de Ratmanne von Stendal vnde die Ratmanne vnde Borgere to Tangermünde diſzer vorbeſcrevene Rede vp vns Hertogen Otten von Brunſwik hebben gheghan als vp eren Overmann, des ſpreke wi vor eyn Recht, wenne wi nicht rechteres enweten noch befragen en konnen, dat te Rat vnde Borghere to Tangermünde negher ſich ſin mit eren Eden to werende, dat ſe de Salt-Toll nicht ghegheven en hebben oder gheven ſcolen, wenne de von Stendal to beholdende mit eren Eden, da de von Tangermünde diſſen Salt-Toll ghegeven hebben oder gheven ſcolen. Tu eyner betüghinge deſſer ding hebbe we deſzen Brief laten beſegeln mit vſeme Inghefegele. Na Godes bort dritinhundert Jar . . . in Sunte Dionifius Daghe.

Nach Beckmann's Beſchreib. a. a. D., Sp. 275. 276. — Lenz, Br. Urk. S. 243—245.

CXXI. Der Rath zu Stendal überläßt den Fleiſchern die Scharren und ordnet deren Innung, etwa am 22. April 1335.

Cum omnium habere memoriam potius ſit diuinitatis quam humanitatis, expedit geſta fidelium ſcripturarum ſeriis et teſtibus perhennari, Ne tractu temporis a memoria pereant et euanefcant. Hinc eſt quod nos Conſules vniuerſi ciuitatis Stendal omnibus, quorum intereſſe poterit, tam preſentibus quam futuris, cupimus fore notum, Quod ex maturo peritorum conſilio prehabito et de communi conſenſu noſtrorum comburgenſium, dilectis noſtris ciuibus carnificibus dedimus fraternitatem, que Inninghe dicitur, tali iure vt in ſequentibus declaratur. Primo videlicet quod ipſis macella vendidimus, quodlibet pro nouem fertonibus, tamquam alia hereditaria bona hereditarie in noſtra ciuitate poſſidenda, Ita quod ad macella nunc edificata duo poſſimus adhuc macella et non pluria edificare. Nullus preterea debet aliquod macellum emere, niſi pro ſemet in eo ſtare propoſuerit et manere. Nullus quoque duo macella ſibi comparabit, et quolibet Anno mittent ſortes pro macellis edificandis, poſtquam edificata fuerunt, quemadmodum ſemel in anno facient pro iam edificatis. Cenſum eciam conſuetum quater in anno videlicet III ſolidos de quolibet magno macello et III ſolidos de quolibet paruo in quolibet quartali ſingulis annis dabunt ciuitati, quemadmodum hactenus dare conſueuerunt. Preterea nulli licitum eſt in noſtra ciuitate carnes vendere aut mactare



nisi macellum habuerit noſterque ciuis fuerit et carnificum opus habuerit et fraternitatem eorundem. Qui hoc infregerit cum XXI ſolidis emendabit, De quibus nos duas partes habebimus et eorum fraternitas tertiam partem optinebit. Sed in foris annualibus carnes quilibet vendere poteſt et in paſcha. Aſſatores non vendent carnes crudas nec eas ante ianuas et feneftras pendent, eciam ſi ipſas vendere nollent: quod ſi fecerint cum V ſolidis emendabunt, quam pecuniam cum carnificibus equam diuidemus. Puer autem, cuius pater fraternitatem carnificum antea non habuerit, et extraneus, ſi eam deſiderat adipiſci, debet a primo colloquio, id eſt morghenſprake, uſque ad tertium colloquium prorogari: qui ſi honeſtus fuerit tunc recipiatur et pro introitu XXI ſolidos dabit: Sed puer, cuius pater ipſam fraternitatem ante habuerit, ſi eam deſiderat, in primo colloquio recipiatur et pro introitu V ſolidos erogabit et de omnibus pro introitu datis, tam de innatis quam extraneis, nos duas partes habebimus, carnificum vero fraternitas tertiam partem retinebit. Item quicumque pro opere eorum petierit, ab illo colloquio alteri feruire non debet, Sed panem proprium debet deinceps manducare. Ipſorum eciam opus nulli dabitur niſi coram conſulibus, ita quod duo aut ſaltem vnus de magiſtris cum eo veniant ad nos, quod dignus ſit profitentes. Rancidas vero carnes habens preſertim in die fori debet macellum ſuum claudere et ante macellum eas in menſa vendere. Si vero eas in macello vendiderit et magiſtri prius quam nos inuenerint, venditor cum III ſolidis emendabit: hanc pecuniam Nos eque cum eorum fraternitate diuidemus et inſuper venditor magiſtris VI denarios erogabit. Sed ſi nos prius quam magiſtri carnes rancidas in macello inuenerimus, tunc venditor iuxta ciuitatis arbitrium emendabit. Nemo debet preemptionem alteri facere et ſi quis in hoc duobus aut tribus confratribus victus fuerit, cum III ſolidis emendabit, quos eque cum eorum fraternitate diuidemus, et inſuper magiſtris VI denarios erogabit. Si quis eciam confratrem ſuum verbis ſeu factis maletractauerit cum V ſolidis emendabit, quos eque cum eorum fraternitate diuidemus. Item magiſtri ordinabunt, quod confratres ſui ſingulis diebus opportunis ſufficientes in macellis habeant carnes et decentes ſiccas et recentes foris rationabilem facientes ita quod ex hoc nulla querela oriatur, et ſi hoc infregerint, ita quod nos ipſos in hoc culpabiles iudicabimus et dicemus, extunc magiſtri pro tali exceſſu XXXVI Solidos dabunt ciuitati, nichil inde reſtituendo. Duo de carnificibus non debent vendere vnum iumentum, quod hic intelligitur eyn Rynt, ſed infra feſtum aſſenſionis ſancte crucis et feſtum beati michaelis duo poſſunt vnum iumentum vendere, quod non ſit vilius, quam XXVIII ſolidorum. Item nullus infra dictum tempus debet carnes vendere prenotatas nec eas mactare niſi vespere fuerint pullate. Nemo ex eis admittere debet iudeos ad mactandum carnes, niſi prius licencia a nobis ſit optenta, et qui hoc infregerit iuxta arbitrium ciuitatis emendabit, nec Iudei mactabunt carnes niſi a carnificibus eas emerint, et ſi hoc infregerint extunc carnifices plenum a nobis poſſe habebunt mittendi illas carnes ſancto ſpiritu et infirmis pro exceſſibus Iudeorum. Item Iudei in domo non mactabunt carnes, ſed ſi habuerint vitulum in domo eductam, hunc in ponte mactabunt: quod ſi infregerint cum XXI ſolidis emendabunt, Cuius pecunie nos duas partes habebimus et eorum fraternitas partem tertiam optinebit. Intestinum vnum, quod hic intelligitur ein niſter, per totum annum pro vno denario vendi debet et pro duobus denariis III<sup>or</sup>. pedes porci. Si quis propter auariciam pecora emerit indatiua et mala, perdet ciuilitatem et opus, ſi probabiliter fuerit conuictus, et qui pecora emerit ſpoliata cum V ſolidis emendabit, quos eque cum eorum fraternitate diuidemus. Et carnes, quas magiſtri de macellis iuſſerint deportari, deferri debent et eas amplius vendere nullus debet. Si quis eciam furtiue receſſerit cum bonis alterius, huic ciuilitas abinducabitur atque opus. Duo ex ipſis non debent magis quam in ſola ara emere, qui hoc infregerint, quilibet eorum cum V ſolidis



emendabit, quos eque cum eorum fraternitate seu gilda diuidemus. Quatuor non debent emere pariter, nisi semel ante computacionem et quocienscunque pariter emerint statim computabuntur et post computationem iterum semel emere pariter bouem possuat: qui hoc infregerint, quilibet eorum cum V solidis emendabit, quos eque cum eorum fraternitate diuidemus. Noui magistri eorum cum electi fuerint, presentabunt se nobis sic iurantes, quod hoc Anno ciuitati iuste faciant et iura fraternitatis eorum omnia seruent hic conscripta. Nemo debet habere seruum secum stantem, cui vltos tribuat denarios deputatos III<sup>or</sup>, aut II magis aut minus; Sed si dimidium lucrum sibi dederit, licite secum stabit, et qui in hoc conuictus fuerit, cum X solidis emendabit, quos eque cum eorum fraternitate diuidemus. In dominicis diebus nullus stabit diutius in macello, quam ad ecclesiam beate virginis circuitus cimiterii peragatur. Si quis vltra steterit, cum vno solido emendabit, quem cum eorum fraternitate eque diuidemus. Quicumque ad colloquium intimatum non uenerit, si primo et secundo neglexerit, tociens cum VI denariis emendabit, quos eorum fraternitas optinebit. Si vero propter malitiam aut superbiam tribus vicibus quis nollet colloquium visitare, ciuilitatis et operis expers erit et omnis a ciuilitate et opere destituitur. Reacquiret fraternitatem et opus ac ciuilitatem tanquam si nullum eorum antea habuisset. Item quum carnifices colloquium habebunt, tunc duos de consulibus aduocabunt, qui cum ipsis fedebunt, donec colloquium fuerit terminatum, quibus egressis vltra colloquium non durabit: et si quis Boni excogitauerint, quod ciuitati et eorum operi vile visum fuerit, hoc ad nos proferent confirmandum. Quicumque ex eis pisces recentes vendiderint in Stendal, expers operis erit et ciuilitatis. Preterea si aliqua macella vilescunt aut per ignis exustionem perirent, tunc pro quolibet macello reformando dimidiam marcam nobis in subsidium erogabunt. Is qui aliquod macellum emerit, sibi debet eorum nobis macellum emptum assignari et pro assignatione, que hic intelligitur vpgift, debet emptor mediam marcam ciuitati erogare. Item si vnus de fratribus aut fororibus, ad quos aliquod macellum hereditario iure fuerit deuolutum, uellet alteri suum macellum dimittere, et si alie persone hereditarie inter se idem uellent facere, tunc persona, cui macellum dimitteretur, dabit vnum solidum ciuitati pro assignatione. Item qui macellum suum exposuerit partim uel in toto, dabit vnum solidum ciuitati pro expositione. Nullus eciam diucius suum macellum nisi per tres annos exponere potest, et si is, cui macellum positum fuerit, elapso triennio macellum sibi positum voluerit optinere, tunc pro assignatione macelli mediam marcam ciuitati erogabit, et si quis aliquod macellum pro debitis arestare voluerit seu occupare, hoc cum duobus consulibus et vno magistro carnificum faciet et pro arestatione I solidum dabit, de quo ciuitas VIII denarios et magister III<sup>or</sup> denarios optinebit et nusquam alibi preter in colloquio carnificum potest macellum ab arestatione dimitti. Si quis eciam alteri se in aliquo teneri fatetur, debet in primo colloquio proxime sequenti hoc quod falsus est soluere et pagare: quod si non fecerit, tunc macellum suum debet suo creditori pro debitis, que sibi falsus est, assignari; sed negans debita statim in eodem colloquio, vbi negauit, cum suo iure se expurgabit. Omnes quoque littere ante hoc priuilegium a nobis date nichil optinent roboris nec firmitatis. Preterea si carnifices quidquam mali uel doli contra nos et ciuitatem fecerint, prout non credimus nec speramus, extunc fraternitatem eorum plenariam deponendi habebimus potestatem, et omnis, qui institutionibus et statutis seu iuribus superscriptis rebellis et contumax inuentus fuerit, ciuilitatis et expers erit. Ut autem omnia superscripta perpetua et firma permaneant, presens scriptum nostre ciuitatis authentico sigillo roborauimus in memoriam sempiternam, presentibus nobis consulibus nicolao gunteri, Reynero de kalue, Denekino noye, Johanne de Arnborch, Arnoldo vlsamenger, Rulone weneri, ebelingho, gher. noppowe, Johanne brunfwich



Arnoldo de porditz, Johanne de Bifmark et hoygero et pluribus aliis fide dignis. Acta sunt hec in nostro consistorio Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXX<sup>o</sup>. quinto, infra octauam pasche.

Nach dem Concept im Stendalschen Rathesarchiue No. 61.

CXXII. Markgraf Ludwig verleiht Bürgern zu Stendal das Dorf Lütken-Ballerstädt und Gebungen aus Dalem, am 22. Mai 1336.

Wir Ludowicus etc. Bekennen vnd bethugen in dessem openen brife, dat wie conrade hinden vnd Adame van grabowe, Arnolde vnd Jordan, den brudern, geiheiten vflamengere tu Steindal, haben gelegen vnd lien tu rechteme leene dat dorp tu lutticken ballerstede mit pachte, mit beide, mit tinse, mit wagendinste, mit vorlegghen vnd vnuorlegghen, mit aller nut vnd vrucht, mit aller orbede, mit deme richte hoghest vnd sifest vnd mit allen schieden, de dar tu belegen sin, vnd mit allem rechte, also dat wie dar nicht inne behalden. Och hadde wie vn ghelegghen vnde lyen in dussene brife in deme dorpe tu dalem in hennicken beigendorpes houe Enen wischepel Rocken vnde ennen wischepel gersten vnde in deme selben dorpe drie wischepel hauern, tui vnde vircich honere vnde achtein scok eygere. Alle dar hir vor beporiben is, dat lige wie vn vnd iren rechten eruen mit samender hant tu besittende, als id her boldewin van dem campe vor heft gehat tu der stat rechte tu Stendal, als die borgere von Stendal ere lengut hebben vnde besitten, sunder allerleie hinder vnd beswernisse. Testes sunt hermannus comes de hennenberg, Johannes de Buch, hennik iagow, heineke crochern, kuneke Eckstede. Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXXVI<sup>o</sup>., quarta feria proxima post penthecosten.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg, No. LII.

CXXIII. Markgraf Ludwig verleiht die Münze in Stendal einigen Bürgern auf neun Jahre, am 24. Juni 1336.

Anno M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXXVI<sup>o</sup>. Nos Ludowicus etc. Recognoscimus tenore prefencium publice protestantes, quod discretis viris Arnoldo et Jordano, fratribus dictis vflamengere, atque ade de grabow et iohanni hacken, ciuibus nostris in Steindal, nec non eorum veris et legitimis heredibus Contulimus in hiis scriptis, conferimus in solidum, totam monetam nostram in ciuitate Stendal a datis presentibus per nouem annos continuos in antea quiete et pacifice possidendam cum omni iure et vtilitate, cum omni fructu et libertate ac eciam tali tuicione et defensione nostra, quo et qua predecessores eorum eam hactenus possederunt, quamque talibus condicionibus et modis tenebunt et regent, quemadmodum ipsam ceteri monetarii hucusque tenuerunt. In